

Offertorium (Ps. 71. 10-11)

Reges Tharsis et insulæ múnera offerent: reges Arabum et Saba dona addúcent: et adorábunt eum omnes reges terræ, omnes gentes s é r v i e n t e i .

Secreta Ecclésiæ tuæ quæsumus Dómine, dona propitius intuere: quibus non jam aurem, thus, et myrrha profertur, sed quod eisdem munéribus declarátur, immolátur et súmitur, Jesus Christus Fílius tuus Dóminus noster: Qui tecum vivit et regnat in unitáte Spiritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculorum. A m e n

Praefatio et Communicantes de Epiphania Domini

Communio (Matth. 2.2) Vidimus stellam ejus in Oriente, et venimus cum muneribus adorare Dominum.

Postcommunio Præsta quæsumus omnipotens Deus: ut quæ solémni celebrámus officio, purificatæ mentis intelligéntia consequámur. Per Dóminum Nostrum Jesum Christum filium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitate ejúsdem Spiritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum. A m e n .



<http://www.introiboadaltaredei.wordpress.com>

Offertorio (Ps. 71. 10-11)

I re di Tarsis e delle isole porteranno offerte, i re degli Arabi e di Saba daranno tributi. A lui tutti i re si prostreranno, lo serviranno tutte le nazioni

Segreta Ti preghiamo, Signore, Guarda, o Padre, i doni della tua Chiesa, che ti offre non oro, incenso e mirra, ma colui che in questi santi doni è significato, immolato e ricevuto: nostro Signore Gesù Cristo che è Dio: Egli vive e regna con te nell'unità dello Spirito Santo, per tutti i secoli dei secoli. Amen

Comunione (Matth. 2.2) Abbiamo visto sorgere la sua stella e siamo venuti con doni per adorare il Signore.

Postcommunio Ti supplichiamo, Dio onnipotente, concedici di comprendere con l'intelligenza della mente purificata i misteri che abbiamo celebrato solennemente. Per il Nostro Signore Gesù Cristo tuo Figlio che è Dio e vive e regna con te nell'unità dello Spirito Santo, per tutti i secoli dei secoli. A m e n

Proprium de tempore - Tempus Epiphaniæ

Die 6 Januarii

In Epiphania Domini

Statio ad S. Petrum | Classis | Albus



Introitus (Mal. 3. 1; Ps. 71. 1)

Ecce advénit Dominátor Dóminus: et regnum in manu ejus, et potéstas, et impérium. *Ps.* Deus, judícium tuum Regi da: et justitiam tuam Filio Regis. Glória Patri...

Oratio Deus, qui hodiérna die Unigénitum tuum géntibus stella duce revelásti: concéde propitius; ut qui jam te ex fide cognóvimus, usque ad contemplándam spéciem tuæ celsitúdinis perducámur. Per eúmdem Dóminum nostrum Jesum Christum Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitate Spiritus Sancti Deus, per omnia saecula s a e c u l o r u m

Lèctio Isaiaè Prophétæ (Is. 60. 1-6)

Surge, illuminare, Jérusalem: quia venit lumen tuum, et glória Dómini super te orta est. Quia ecce ténebræ opérient terram, et caigo pópulos: super te autem oriétur Dóminus, et glória ejus in te vidébitur. Et ambulábunt gentes in lúmine tuo, et reges in

Itroito (Mal. 3. 1; Ps. 71. 1) *Ecco, arriva il Signore, colui che domina. Il regno, la potenza e l'ordine supremo sono in mano sua. Ps. Dio, dá al re il tuo giudizio al figlio del re la tua giustizia. Gloria ...*

Colletta *O Dio, che in questo giorno, con la guida della stella, hai rivelato alle genti il tuo unico Figlio, conduci benigno anche noi, che già ti abbiamo conosciuto per la fede, a contemplare la grandezza della tua gloria. Per il nostro Signore Gesù Cristo, tuo Figlio, che è Dio, e vive e regna con te, nell'unità dello Spirito Santo, per tutti i secoli dei secoli*

Dal libro del Profeta Isaia (Is. 60. 1-6)

Alzati, rivestiti di luce Gerusalemme, perché viene la tua luce, la gloria del Signore brilla sopra di te. Poiché, ecco, le tenebre ricoprono la terra. Nebbia fitta avvolge le nazioni; ma su di te risplende il Signore, la sua gloria appare su di te.

splendóre ortus tui. Leva in circúitu óculos tuos, et vide: omnes isti congregáti sunt, vénierunt tibi: filii tui de longe vénient et filiaë tuæ de látere surgent. Tunc vidébis, et áfflues, mirábitur et dilatábitur cor tuum quando convérsa fúerit ad te multitúdo maris, fortitúdo géntium vénerit tibi. Inundátio camelórum opériet te, dromedárii Mádián et Epha: omnes de Saba vénient, aurum et thus deferéntes, et laudem Domino annuntiantes.

Graduale (Is. 60. 6, 1) Omnes de Saba vénient, aurum et thus deferéntes, et laudem Dómino annuntiántes. Surge, et illumináre Jerúsalem: quia glória Dómini super te orta est.

Alleluia (Matth. 2. 2) Alleluia, alleluia. Vidimus stellam ejus in Oriénte: et vénimus cum munéribus adorare Dominum. A l l e l u j a .

Sequéntia sancti Evangélii secúndum Matthæum (Matth. 2. 1-12) Cum natus esset Jesus in Bèthlehem Juda in diébus Heródis regis, ecce Magi ab Oriénte vénierunt Jerosólymam, dicéntes: Ubi est qui natus est rex Judæórum? Vidimus enim stellam ejus in Oriénte, et vénimus adoráre

Cammineranno i popoli alla tua luce, i re allo splendore del tuo sorgere. Alza gli occhi intorno e guarda: tutti costoro si sono radunati, vengono a te. I tuoi figli vengono da lontano le tue figlie sono portate in braccio. A quella vista sarai raggiante, palpiterà e si dilaterà il tuo cuore, perché le ricchezze del mare si riverseranno su di te, verranno a te i beni dei popoli. Uno stuolo di cammelli ti invaderà, dromedari di Madián e di Efa, tutti verranno da Saba, portando oro e incenso e proclamando le glorie del Signore

Graduale (Is. 60. 6, 1) Tutti verranno da Saba, portando oro e incenso e proclamando le glorie del Signore. Alzati, rivestiti di luce Gerusalemme, perché la gloria del Signore brilla sopra di te.

Alleluia (Matth. 2. 2). Alleluia, alleluia. Abbiamo visto sorgere la sua stella e siamo venuti con doni per adorare il Signore. Alleluia.

Dal Vangelo secondo Matteo (Matth. 2. 1-12) Gesù nacque a Betlemme di Giudea, al tempo del re Erode. Alcuni Magi giunsero da oriente a Gerusalemme e domandavano: "Dov'è il re dei Giudei che è nato? Abbiamo visto sorgere la sua stella, e siamo venuti per adorarlo". All'udire queste parole, il re Erode restò turbato e

eum. Audiens autem Heródes rex, turbátus est, et omnis Jerosólyma cum illo. Et cóngregans omnes príncipes sacerdotum, et scribas pópuli, sciscitabátur ab eis ubi Christus nascerétur. At illi dixérunt ei: In Bèthlehem Judæ: Sic enim scriptum est per Prophétam: Et tu Bèthlehem terra Juda, nequáquam mínima es in princípibus Juda: ex te enim éxiet dux, qui regat pópulum meum Israél. Tunc Heródes, clam vocáti Magis, diligénter didicit ab eis tempus stellæ, quæ appáruit eis: et mittens illos in Bèthlehem, dixit: Ite et interrogáte diligénter de puero: et cum invenéritis, renuntiáte mihi, ut et ego véniens adórem eum. Qui cum audíssent regem, abiérunt. Et ecce stella, quam viderant in Oriénte, antecédébat eos, usque dum véniens staret supra, ubi erat puer. Vidéntes autem stellam gavísi sunt gáudio magno valde. Et intrátes domum, invenérunt púerum cum María matre ejus, (hic genuflectitur) **et procidéntes adoravérunt eum**. Et apértis thesáuris suis obtulérunt ei múnera, aurum, thus, et myrrham. Et respónso accépto in somnis ne redirent ad Heródem, per áliam viam revérsi sunt in regiónem suam.

con lui tutta Gerusalemme. Riuniti tutti i sommi sacerdoti e gli scribi del popolo, s'informava da loro sul luogo in cui doveva nascere il Messia. Gli risposero: "A Betlemme di Giudea, perché così è scritto per mezzo del profeta: *E tu, Betlemme*, terra di Giuda, *non sei davvero il più piccolo capoluogo di Giuda: da te uscirà infatti un capo che pascerà il mio popolo, Israele. Allora Erode, chiamato segretamente i Magi, si fece dire con esattezza da loro il tempo in cui era apparsa la stella e li inviò a Betlemme esortandoli: "Andate e informatevi accuratamente del bambino e, quando l'avrete trovato, fatemelo sapere, perché anch'io venga ad adorarlo". Udite le parole del re, essi partirono. Ed ecco la stella, che avevano visto nel suo sorgere, li precedeva, finché giunse e si fermò sopra il luogo dove si trovava il bambino. Al vedere la stella, essi provarono una gioia grandissima. Entrati nella casa, videro il bambino con Maria sua madre, (in ginocchio) e **prostratisi lo adorarono**. Poi aprirono i loro scrigni e gli offrirono in dono oro, incenso e mirra. Avvertiti poi in sogno di non tornare da Erode, per un'altra strada fecero ritorno al loro paese.*